

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Ritus vestustissimus Ægyptiorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

mon, id est, Deus creditur. Luna
 $\tau\omega\chi\nu$; quia corporum præsul est, quæ
 fortitorum varietate jactantur.
Amor, osculo significatur. *Necessitas*
 nodo. Plura de his fortibus ob-
 servata sunt viro unde quaque doctis-
 simo Johanni Seldeno, qui ex Vet-
 tii Valentis Antiocheni, vetustissi-
 mi Astrologi, MSS. codice pro-
 lìxum satis locum exhibit, & il-
 lum alibi non semel, neglectis fere
 omnino Amoris & Necessitatis,
 seu fati, id est, Veneris & Mer-
 curii fortibus, binas illas Dæmo-
 nis & Fortunæ, ut omnium po-
 tentissimas vitæ præsides ac guber-
 natrices amplecti, & huic corpus,
 illi animam, hanc Lunæ, illam
 Soli tribuere, observat. Κλῆρος,
 inquit, τῆς τύχης καὶ τῆς δαίμονος
 συμάντσι, Ήλιόν τε καὶ Σελήνην: Sortes
 fortunæ & dæmonis significant Solem
 & Lunam. Locus omnino mere-
 tur apud Selenum legi, itemque
 quæ in notis ad Marmora Arun-
 delliana ex eodem Vettio Valente
 habet, ubi plura de fortune sorte
 ac dæmonis monet.

Seld. de
Dis. Syris
Syntagm.
I. cap. II.

Seld. ad

Marm.

Arundel.

Pag. 129.

XIII. Hæc omnia confirmare
 videtur ritus vetustissimus quem
 Hiero-

232 De CALCEIS HEBRAOR.

Hier. ad
Ies.

Hieronymus notavit. *Est autem;*
inquit, in cunctis urbibus, & maxi-
me in Ægypto & in Alexandria,
idolatriæ vetus consuetudo, ut ul-
simo die anni & mensis eorum qui
extremus est, ponant mensam refer-
tam varii generis epulis, & poculum
mulso mistum, vel præteriti anni vel
futuri fertilitatem auspicantes. Hoc
autem faciebant & Israelite, omnium
simulacrorum portenta venerantes.
Quid proclivius est suspicari quam
in Solis atque Lunæ honorem hoc
factum, quorum vis magna est ad
anni proventum. Sed hæc nimis
prolixe forsan discussimus. Oblata
tamen occasione pro corollario li-
buit addere, quia in hac voce
hærent interpres, & doctorum
virorum commentaria frustra con-
suluntur.

Finis Libri Primi.

A N-